



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 47. An pœnæ juris incurrantur per simoniam juris Ecclesiastici tantùm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

quamvis datum sit chirographum de solvendo pretio, quia illud chirographum non est pars pretii: notant quoque *Dian. Baun. & Rayn.* n. 1. contra *Suarez*, si falsa pecunia daretur, etiam non compleri, quia falsa pecunia non est verum pretium: Quod si pretium non solveretur statim, sed post aliquot v.g. menses, quamvis in foro externo pœnæ retrotrahantur ad tempus conventionis, non tamen in foro conscientiæ, hinc talis non tenebitur restituere fructus interim perceptos, ita *Leß. Castrop. Rayn.* n. 3. *Dian.* P. 10. T. 16. R. 15. Atque idem est de excommunicatione incurrenda, quæ nunquam retrotrahitur, uti iidem Authores habent.

Q. 47. *An pœna Juris incurrantur per Simoniam* ²¹³
Juris Ecclesiastici tantum. R. *Suar. Rayn.* num. 4. *Pirh.* n. 100. & 155. alique communitis & probabilius affirmant, quia est vera Simonia, licet non strictissimè dicta, & si casus hujus Simonix defertur ad Curiam Romanam, semper declarat subjacere pœnis: è contrà *Navar. Leß.* num. 141. *Sanch.* in Conf. L. 2. c. 3. d. 118. n. 3. *Dian.* P. 4. T. 4. R. 155. P. 10. T. 16. R. 17. P. 11. T. 5. R. 1. & 20. Item T. 6. R. 30. alique cum *Castrop.* D. 3. P. 15. n. 4. etiam probabiliter negant, quia non est propriè & strictè dicta simonia, quæ communiter definitur, *studiosa voluntas vendendi spirituale pro temporali,* quod soli Simonix Juris naturalis convenit: unde qui, v.g. propriâ autoritate permutant beneficia, quamvis graviter peccent, tamen secundum hanc sententiam non incurrunt excommunicationem, nec ipso Jure privantur beneficiis, nec tenentur fructus restituere: excipiunt tamen omnes Simoniam confidentialem, de qua à num. 220; item, si detur aliquid etiam gratis Officialibus Episcopi

occasione susceptorum Ordinum, dimissorialium vel testimoniorum, ubi receptum est *Tridentini* Decretum hoc expressè vetans Sess. 21. c. 1. de Reformationibus, dicens per hoc utrimque incurri ipso facto pœnas Juris in Simoniacos.

214 Q. 48. *Quid præterea sit addendum circa pœnas Simoniae communis.* R. Seqq. §. 1. Si quis committat Simoniam in Sacramentis aliis, præterquam in Sacramento Ordinis; item si committat in consecrationibus, benedictionibus, dispensationibus, in Officio Ecclesiastico, v. g. Legati vel Delegati, in Jure Patronatus, in Vicaria temporalibus, & probabiliter in pensione vendenda, emenda vel redimenda, non incurrit pœnas, quia pœna tantum incurritur per Simoniam in Ordine, Beneficiis & Religionis ingresso, ita *Less. Sanch. Tann.* & alii cum *Dian. P. 11. T. 5. R. 20. Rayn. n. 3. Castrop. P. 25. Pirh. n. 101. 154. & seqq. Alloza v. Simonia Sect. 4. n. 45*; unde nec ille incurrit, qui acceptat pecuniam velut pretium Missæ, *Pasq. de Sacrif. Q. 922.* Addit *Dian. P. 4. T. 4. R. 157*, si Canonici Sede vacante convenirent inter se, ut qui ex ipsis ad interim eligeretur Vicarius Episcopalis, etiam reliquis communicaret partem emolumentorum, non incurfuros pœnas, quia licet hic Vicariatus sit aliquid spirituale, tamen non est beneficium: & idem est de Officialatu, cum partem contentiosam Jurisdictionis Episcopalis contineat, *Laym. Pias.* aliique cum *Du Hamel L. 1. c. 7. n. 6*, qui clare deducit ex *Conc. Turon. c. 11. & Lateran. sub Alex. III. c. 15.* Quamvis autem officia illa aliæque similia non sint strictè beneficia, tamen Jure divino sunt invendibilia, adeoque materia Simoniae. Addit iterum *Dian. R. 167.* cum *Sanch.* si Cajus emat Vicariatum Episcopi, nec Cajum teneri resignare,

nec